



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1230. Usque Ad Annum 1248

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1764

VD18 90118049

§. 21. Suantopulcii defectio a fide Christo data.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66268](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66268)

Sæcul. XIII.
A. C. 1245.

§. XXI.

*Suantopulcii defectio a fide Christo
data.*

Dusbourg. Hoc interim spatio Papa Innocentius
Chr. part. 3. Borussiae Christianorum apostasiam
c. 31. 32. &c. edoctus, hujus auctori Suantopulcio Po-
meraniae Duci scripsit. Malus hic &
subdolos Princeps Equitibus Teutonicis
inensus, quamvis ipse Christianus esset,
novis Borussiae Christianis persuasit, ut
hos Equites cæterosque Christianos om-
nes e regione abigerent, libertatem pri-
stinam recepturi. Hæc seditio contra
epist. ap. Equites Teutonicos prima fuit, & an.
Rayn. 1243. 1242 contigit. Anno sequente ad Apo-
n. 32. stolicam Sedem eVectus Innocentius IV.
Sup. Lib. postquam per Hermannum Salsulanum
LXXIX. Generalem Ordinis Magistrum rem com-
§. 6. pererat, Legatum in Borussiam remisit
Guilielmum, qui cum esset Episcopus Mu-
tinensis, ibi annos abhinc viginti circi-
ter Evangelium promulgaverat.

Rayn. 1245. Fungentem hac legatione Papa In-
n. 85. nocentius anno 1244 Cardinalem Epis-
copum ad S. Sabinam creavit, & anno
proximo Suantopulcium per litteras a-
criter reprehendit, quod contra Religio-
sos Hospitalarios Ordinis Teutonici, &
contra peregrinantes, nimirum cruce
signa-

signatos arma adhiberet. *Cave, inquit, ne iram Dei, ac Sedis Apostolicæ adversus te provoces! Ut ajunt, ante octo jam annos ob impia & horrenda scelera contortum in te anathema parvipendens, Ecclesie te submittere non cogitasti. Redi ad bonam frugem! sin minus: ea tecum ratione, quæ te tibi reddat, agemus.* Dabat 1. Febr. 1245. Scripsit simul Archiepiscopo Gnesnenfi ejusque Suffraganeis hunc in modum: *Ne ille Dei hostis dignitate Christiani nominis abutens, recte credentibus perniciem impune attulisse se gloriatur, præcipimus, ut post acceptas has litteras intra quindecim dies eum commoneatis; & nisi a violentis injuriis suis destiterit, eundem ac complices ejus singulos a piorum communione sejunctos vestris in Diœcesibus denunciatis; ac denique profanæ potestatis opem contra illum imploretis.*

Sæcul. XIII.
A.C. 1245.

n. 88.

ap. Rayn.
1243. n. 34.

Anno 1243 Papa Fratrum Prædicatorum per Germaniam Magistro Provinciali, aliisque Religiosorum Superioribus scripserat, ut e provinciis Magdeburgensi ac Bremensi, & ex Diœcesibus Ratisbonensi, Passaviensi, Halberstadiensi, Verdenfque Religiosos seligerent, qui populos ad capienda pro Religione arma exhortarentur, ut augetur Jesu Christi gloria, ac ethnicorum insolentia retunderetur. Nempe militiæ sacræ classicum canendum erat contra ethnicos Borussiae

Gg 5 vici-

Sæcul. XIII. vicinorumque locorum. Etiam Legatus
A.C. 1245. Guilielmus ipse hoc fecit, & nominatim
Dusb. adversus Suantopulcium frustra admoni-
c. 33. 45. tum: id quod plurimos Germaniæ viros
nobiles permovit, ut Equitibus Teutoni-
cis & Borussiæ Christianis succurrerent,
& Suantopulcius post plures pactiones,
a quibus recesserat, haud semel tantum
victus, denique pacem petere cogeretur.
c. 54. 55. Et vero impetravit opera Opizonis Ab-
batis Messanensis, quem Papa mense Oc-
tobri 1243 eum in finem miserat, ut sci-
licet dissidia partium componeret, qua-
rum alteram Episcopus Cujaviæ, Equi-
tes Teutonici in Borussia, Duces Poloniæ
& Camini, alteram Pomeraniæ Dux
Suantopulcius, novique Borussæ Chri-
stiani conficerent. Hæc pax inita fuit
an. 1246. Suantopulcius foedere ethni-
cis renunciato a censuris, in quas incur-
rerat, est absolutus.

§. XXII.

Papæ ratio agendi.

Matth. Par. **S**ubinitium verni jejunii hoc anno 1245.
p. 575. primo Martii factum Papa totam per
Franciam repeti jusserat anathema con-
tra Imperatorem, cognatos ipsius & vi-
ros Ecclesiasticos denuo adortum. Ac-
cepto hoc mandato Parisiensis Parochus
quidam Cæsaris amans, Curiamque Ro-
manam,